

- 10 sub pena yperperorum xxv pro quolibet Turcho non extracto et pro qualibet uice. Et si quis decetero conducet seu conduci fecerit ad insulam nostram pre dictam aliquos alios Turchos, quam illos, qui capti fuerint in armatis prefatis cadat in penam yperperorum xxv pro quolibet Turcho quem conduxit uel fecerit conduci, et nichilominus teneatur eos extrahere uel extrahi facere de dicta insula
- 15 infra dictum terminum sex mensium, ut supra de alij dictum est, et sub eadem pena de illis uero Turchis, qui presentialiter sunt in dicta insula Crete, si quis extrahere uoluerit hoc facere possit, ita tantum quod aliquem ipsorum, qui nunc sunt in dicta insula, non possint conducere nec conduci facere ad alias partes, nisi ad partes ponentis sub pena predicta. Et si aliquis uenderet, donaret, permutaret seu alio modo transferret in alium de Turchis qui nunc sunt in dicta
- 20 insula, et emptor seu ille in quem forent per donationem, permutationem, seu alio modo translati, eos conduceret ad alias partes quam ponentis ut dictum est, si dictus emptor, seu ille, in quem forent per donationem, permuttationem seu alio modo translati, aut de bonis suis in insula non poterunt reperiri, cadat emp-
- 25 tor, donans, permutans et seu alio modo transferens de suo proprio in penam predictam. Et committantur hec omnia et singula inquirenda et executioni mandanda nostro duche et consiliarijs Crete et alijs nostris rectoribus dicte insule, uidelicet illi rectori qui primo sciuerit aut cui primo facta fuerit accusatio de premissis et a contrafacientibus exigant dictas penas, de quibus habent tercium
- 30 et relique due partes sint communis. Si autem accusator inde fuerit per cuius accusationem ueritas habeatur habeat aliud tercium et teneatur de credencia et reliquum tercium sit communis.
- 33 Non 2 — non sincere 3 — alij de parte.

26

Οἱ ἀδελφοὶ Λέων, Ἰωάννης καὶ Κωνσταντῖνος Πάγκαλοι ποτὲ Γεωργίου, δουλοπάροικοι Πέτρου Γκρέτη, κάτοικοι τοῦ χωρίου Ἀρχιστράτηγο, αἰτοῦνται ὅπως ἀπελευθερωθῶσι. Ἡ Γερουσία ἀναγνωρίζουσα τὰς ὑπηρεσίας ἀποδέχεται τὴν αἴτησιν. 1341, Μαρτίου 8.

F^o 64^{to} No 628. Millesimo trecentesimo XLI, die VIII Marcij.

Capta. Cum Leo, Johannes et Constantinus Pangalo filij quondam Georgij, uilani Petri Greti habitatores in casali Archistratigo supplicauerint et exposuerint nostro dominio, quatenus dignaretur ipsos et filios atque heredes natos

5 et nascituros eorum liberare et francare ita quod nulli teneantur pro uillanis, neque aliquis possit eos complere in aliquo circulo seruitutis etc. attenta eorum fidelitate et libera dispositione quam habent ad nostrum dominium, ac uisa et examinata supplicatione eorundem. Capta fuit pars quod fiant franchi sicut

petunt, scribendo rectori nostro Rethimi quod prouideat illis quorum sunt uil-
lani de restauratione conuenienti sicut ei uidebitur justum cum eorum pater 10
fuerit interfectus a rebellibus pro eo quod dedit intelligi rectori Rethimi de
ipsis rebellibus qui ordinauerant uenire ad damnificandum terram Rethimi pro-
pter quod rector habuit bonam custodiam et preparauit gentem nostram que
posuit in conflictum dictos rebelles. 14

27

Ἡ προθεσμία τῶν ἐκλεγέντων σοφῶν περὶ τοῦ ζητήματος τῶν Κυθήρων λήγει μέχρι τέλους Ἀπρι-
λίου. 1341, Μαρτίου 29.

F^o 74^{to} N^o 717. Millesimo trecentesimo XLI, die XXVIII Marcij. 1

Capta. Quod isti Sapientes pro facto Cederici habeant terminum usque per
totum mensem Aprilis proximi. Uerum si in procesu temporis reperiretur quod
aliquis dictorum sapientium non posset esse in numero eorum occasione quod
attineret illis uel alicui eorum quos tangit negocium predictum Cederici, tunc 5
numerus dictorum sapientum suppleatur et adimpleatur per dictum ducam con-
siliarios et Capitaneum.

Electi Sapientes.

Ser Marcus Duodho, ser Philippus Zane, ser Sclauus Miani. 9

28

Ἀπονέμεται χάρις εἰς τὸν Φραγκῖσκον Γκέτσον καγκελλάριον Κρήτης, ὅπως δύναται νὰ ἀγοράσῃ
αὐτόθι παρ' ἰδιωτῶν γαίας τῆς ἀξίας τῆς προικὸς αὐτοῦ, ὑπὸ τὸν ὅρον ὅτι δὲν δύναται νὰ
ἀγοράσῃ οὔτε νὰ κατέχῃ χωρίον τῆς κοινότητος ἢ ἄλλο τι ὑποκείμενον εἰς βάρος πρὸς τὴν
κοινότητα. 1341, Ἰουλίου 2.

F^o 90^{to} N^o 874. Millesimo trecentesimo XLI, die II Julij. 1

Capta. Quod fiat gratia discreto uiro Francisco Geço cancellario Crete quod
posset emere ibi a specialibus personis cum onere terre tot possessiones stabiles,
quantum est repromissa, quam habuit ab eius uxore cum condicione quod aliquo
modo uel ingenio non possit emere nec habere aliquod casale communis, nec 5
aliquid aliud quod spectet, sic reddens, uel faciat seruitium communi. Et si
consilium etc.

Non 27 — non sincere 9 — de parte 43. 8

29

Ληφθέντων ὑπ' ὄψει τῶν ἐγγράφων τῶν Κυθηρίων καὶ τῶν πληρεξουσίων αὐτῶν ἐπὶ τῆς δια-
φορᾶς τῶν μετὰ τοῦ βασιλέως τῶν Μαϊορικανῶν καὶ τῶν αἰτήσεων τῶν ζημιωθέντων, δὲν προέ-
κυψεν ἐὰν οἱ Κυθήριοι ἢ οἱ Καταλᾶνοι εὕρισκονται ἐν δικαίῳ. Διὰ ταῦτα ἀναβάλλεται ἐπὶ διετίαν

